







IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)



Photographic Sciences Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- ☒ Coloured covers/
Couverture de couleur
- ☐ Covers damaged/
Couverture endommagée
- ☐ Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- ☐ Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- ☐ Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- ☐ Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- ☐ Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- ☐ Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- ☐ Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- ☐ Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- ☐ Additional comments:
Commentaires supplémentaires

- ☐ Coloured pages/
Pages de couleur
- ☐ Pages damaged/
Pages endommagées
- ☐ Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- ☒ Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- ☐ Pages detached/
Pages détachées
- ☒ Showthrough/
Transparence
- ☐ Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- ☐ Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- ☐ Only edition available/
Seule édition disponible
- ☐ Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
			✓								

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:


Seminary of Quebec
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▼ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▼ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



368
EXERCICES GRADUÉS

DE

RÉCITATION
LATINE

(PROSE ET VERS)



QUÉBEC

ATELIER TYPOGRAPHIQUE DE L. BROUSSEAU,

11 et 13, Rue Buade

1891

Bibliothèque,
Le Séminaire de Québec,
3, rue de l'Université,
Québec 4, Q.U.E.

EXERCICES GRADUÉS

368

DE

RÉCITATION LATINE


(PROSE ET VERS)




QUÉBEC
ATELIER TYPOGRAPHIQUE DE

11 et 13, Rue Buade

1891





EXERCICES GRADUÉS

LE

RÉCITATION LATINE

"Aucun ensemble de règles, si compliqué qu'on le suppose, ne peut fournir une recette pour construire des périodes vraiment latines, pour placer une épithète, une particule, à la place que leur aurait attribuée Cicéron ; celui qui a lu et retenu beaucoup de latin pourra seul l'écrire correctement à cet égard, parce que le sentiment de la latinité qu'on acquiert ainsi, est un guide plus sûr que toutes les règles et ne peut être remplacé par elles."

(S. REINACH, *Gram. latine*).

PREMIERE PARTIE

MORCEAUX EN PROSE

I

LA FOURMI ET LA COLOMBE.

Formica sitiens ad fluvium descenderat, sed aquarum cursus eam traxit: periisset misera, quum columba eam intuens miseransque ramusculum ei injecit. Formica, hoc auxilio sublevata, necem evasit. Paulo post rusticus quidam columbam adspiciens hanc telo figere parabat.

Animadvertit periculum formica, et, columbae
timens, talo rustici se applicat, ipsum mordet.
Ille doloris impatiens obvertit caput et volucris
hoc nutu admonita evolat : evolat simul spera-
tum rustici prandium.

(DESBILLONS)

II

SCIPION NASICA ET LE POÈTE ENNIUS.

Scipio Nasica, vir inter nobilissimos romanos
clarissimus, cum Ennio poetâ vivebat conjunc-
tissime. Quâdam die quum ad eum venisset,
eique ab ostio quærenti ancilla dixisset Ennium
domi non esse, Nasica sensit illam domini jussu
respondisse et illum intus esse. Paucis post
diebus, quum ad Nasicam venisset Ennius et à
januâ quæreret an esset domi, exclamavit ipse
Nasica se domi non esse. Tum Ennius : " Quid ?
Ego non cognosco, inquit, vocem tuam ! Credisne
me fallere ? " Hic Nasica quasi iratus : " Homo
es impudens : ego quum te quærerem, ancillæ tuæ
credidi te domi non esse dicenti ; tu autem non
mihi credis ipsi ! "

(LHOMOND, *De viris.*)

III

SAGESSE DE SALON.

Quàm prudenter Solon neminem, dum adhuc
viveret, beatum dici debere censebat, quod ad
ultimum vitæ diem homo ancipiti fortunæ esset
subjectus ! Quâdam die quum ex amicis quemdam
graviter mœrentem videret, eum in arcem per-

duxit e
oculos
inquit,
fuerint
futuri
desine
Solon
cepta
locum
quisq
quam
suam

S
Sin
coron
merc
pars
gres
quar
cele
trad
N
ejus
Sim
juv
mo
nit
I
sup
no
om
nu

duxit et hortatus est ut in omnia subjecta aedificia oculos circumterret. Deinde : " Cogita tecum, inquit, quàm multi luctus sub his tectis oim fuerint et hodie sint, et sequentibus sæculis sint futuri ; atque ità, si sapis, propria mala deflere desines." Quà consolatione amico demonstravit Solon urbes esse humanarum calamitatum concepta miseranda. Idem aiebat : " Si in unum locum cuncti homines mala sua conferrent, unusquisque proprios dolores domum reportare mallet quam ex communi miseriarum acervo portionem suam ferre."

(SELECTÆ)

IV

SIMONIDE PRESERVE PAR LES DIEUX.

Simonidis vulgata fabula est. Quum pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet, mercede pactâ scripsisset, abnegata ei pecuniæ pars est, quod more poetis frequentissimo digressus, in laudes Castoris et Pollucis exierat : quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrâsset, jubebatur ; et persolverunt, ut traditum est.

Nam, quum esset grande convivium in honorem ejusdem victoriæ, atque adhibitus ei cœnæ Simonides, nuntio est excitus, quod eum duo juvenes, equis advecti, desiderare majorem in modum dicebantur. Et illos quidem non invenit ; fuisse tamen gratos erga se exitu comperit.

Nam, vix eo limen egresso, triclinium illud supra convivas corruit, atque ità contudit, ut non ora modo oppressorum, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulturam propinqui nullâ notâ possent discernere.

(QUINTILIEN, *Inst. Orat.*, XI, II.)

V

ANNIBAL.

Fuit clarissimus Carthaginensium dux Annibal et sane peritissimus. Difficile est dicere utrū mirabilior in adversis an in secundis rebus fuerit Annibal. In hostium terriâ, per annos tredecim, non minore virtute quàm scientiâ rei militaris, bellum gessit, quippe qui exercitui præesset mixto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius autem habitus, alia vestis, alia arma, alii ritus, alia sacra, alii prope dii, nulla fere antea disciplina erant. Eos tamen ita quodam uno vinculo copulavit, ut nulla unquam per tot annos, nec inter ipsos nec adversus ducem seditio orta sit, quum non semel et pecunia in stipendium et commeatus in hostium agro deessent. Ideo Italium per annos sexdecim variis cladibus fatigavit.

(D'APRÈS TITE-LIVE)

VI

CARACTERE D'ALCIBIADE

Alcibiades, Cliniae filius, Atheniensis. In hoc natura, quid efficere possit, videtur experta. Constat enim inter omnes qui de eo memoriae prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus. Natus in amplissimâ civitate, summo genere, omnium ætatis suæ multo formosissimus, ad omnes res aptus, consiliique plenus : namque imperator fuit summus et mari et terrâ ; disertus, ut in primis dicendo

valere
oratio
deind
libera
victu
inser
causa
luxur
ut or
iness
tam.

A
ver
rom
infl
imp
ant
quo
sen
suc
ret
tat
he
no
de
es
de

valeret ; et tanta erat commendatio oris atque orationis, ut nemo ei dicendo posset resistere ; deinde, cum tempus posceret, laboriosus, patiens, liberalis, splendidus non minùs in vitâ quam in victu ; affabilis, blandus, temporibus callidissime inserviens. Idem, simul ac se remiserat, neque causa suberat quare animi laborem perferret, luxuriosus, dissolutus, intemperans reperiebatur : ut omnes admirarentur in uno homine tantam inesse dissimilitudinem tamque diversam naturam.

◦ (CORN. NÉPOS)

VII

◦ ANNIBAL : SON GÉNIE ET SA HAINE

◦ CONTRE LES ROMAINS.

Annibal, Amilcaris, filius, Carthageniensis. Si verum est, quod nemo dubitat, ut populus romanus omnes gentes virtute superârit, non est infitiandum Annibalem tanto præstitisse ceteros imperatores prudentiâ quanto populus romanus antecedit fortitudine cunctas nationes : nam quotiescumque cum eo congressus est in Italiâ, semper discessit superior. Quod nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset, Romanos videretur superare potuisse : sed multorum obtrectatio devicit unius virtutem. Hic autem, velut hereditate relictum, odium patrum erga Romanos sic conservavit ut prius animam quam id deposuerit : qui quidem quum patriâ pulsus esset et alienarum opum indigeret, nunquam destitit animo bellare cum Romanis.

◦ (CORN. NÉPOS)

VIII

LES GERMAINS.

Germani Deorum numero eos solos ducunt quos cernunt, et quorum opibus aperte juvantur, Solem, et Vulcanum, et Lunam: reliquos ne famâ quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit; ab parvulis labori et duritiei student.

Agriculturæ non student, majorque pars victus eorum lacte, et caseo, et carne consistit; neque quisquam agri modum certum, aut fines proprios habet, sed magistratus et principes, in annos singulos, gentibus, cognationibusque hominum, qui unâ coierunt, quantum eis, et quo loco visum est, attribuunt agri; atque anno post alio transire cogunt. Ejus rei multas afferunt causas: ne assiduâ consuetudine capti, studium belli gerendi agriculturâ commutent; ne latos fines parare studeant, potentiores humiliores possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora atque aestus vitandos ædificent; ne qua oriatur pecuniæ cupiditas, quâ ex re factiones dissensionesque nascuntur: ut animi æquitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis æquari videat.

Civitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc primum virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam propè se audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timoresublato.

Quum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus qui ei bello præsent, ut vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur. In

pace
cipes
dicun
nulla
que c
ae d
Atqu
dixit
consu
suum
dine
dese
omn
II
de c
sanc
vict

M
Bid
add
per
cho
tia
sui
fug
ne
eo
Lo
Lo
R

pace nullus communis est magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt, controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent infamiam, quæ extra fines ejusque civitatis fiunt, atque ea juventutis exercendæ ac desidiæ minuendæ causâ fieri prædicant. Atque ubi quis ex principibus in concilio se dixit ducem fore, ut qui sequi velint profiteantur, consurgunt ii qui et causam, et hominem probant, suumque auxilium pollicentur, atque ab multitudine collaudantur : qui ex iis secuti non sunt, in desertorum et proditorum numero ducuntur, omniumque rerum iis postea fides abrogatur.

Hospites violari fas non putant : qui quâque de causâ ad eos venerunt, ab injuriâ prohibent, sanctosque habent. Iis omnium domus patent, vietusque communicatur.

(CÉSAR, *Guerre des Gaules*, LIV. VI.)

IX

MORT DE POMPÉE.

Mitylenas paucis post diebus Pompeius venit. Biduum tempestate retentus, navibusque aliis additis actuariis; in Ciliciam, atque inde Cyprum pervenit. Ibi cognoscit, consensu omnium Antiochensium, civiumque romanorum qui illic negotiarentur, arcem antè captam esse, excludendi sui causâ; nuntiosque dimissos ad eos qui se ex fugâ in finitimas civitates recepisse dicerentur, ne Antiochiam alirent: id si fecissent, magno eorum capitis periculo faturum. Idem hoc L. Lentulo, qui superiore anno consul fuerat, et P. Lentulo consulari et nonnullis aliis, acciderat Rhodi : qui, cum ex fugâ Pompeium sequerentur,

atque in insulam venissent, oppido ac portu recepti non erant: missisque ad eos nuntiis, ut ex eis locis discederent, contra voluntatem suam naves solverunt. Jamque de Caesaris adventu fama ad civitates perferebatur.

Quibus cognitis rebus, Pompeius, deposito adeundæ Syriæ consilio, pecuniâ societatis sublatâ, et à quibusdam privatis sumptâ, et æris magno pondere ad militarem usum in naves imposito, duobusque millibus hominum armatis, partim quos ex familiis societatum delegerat, partim à negotiatoribus coegerat, quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium pervenit. Ibi casu rexerat Ptolemæus, puer ætate, magnis copiis, cum sorore Cleopatrá gerens bellum; quam paucis antè mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat. castraque Cleopatrá non longo spatio ab ejus castris distabant. Ad eum Pompeius misit, ut, pro hospitio atque amicitia patris, Alexandriâ reciperetur, atque illius opibus in calamitate tegeretur. Sed qui ab eo missi erant, confecto legationis officio, liberiùs cum militibus regis colloqui cœperunt; eosque hortari ut suum officium Pompei præstarent, neve ejus fortunam despicerent. In hoc erant numero complures Pompeii milites, quos ex ejus exercitu acceptos in Syriâ Gabinius Alexandriam transduxerat, belloque confecto apud Ptolemæum, patrem pueri, reliquerat.

His tunc cognitis rebus, amici regis, qui propter ætatem ejus in procuratione erant regni; sive timore addecti, ut postea prædicabant, ne sollicitato exercitu regio, Pompeius Alexandriam Ægyptumque occuparet; sive despectâ ejus fortunâ, ut plerùmque in calamitate ex amicis.

o ac portu
nuntiis, ut
atem suam
is adventu

, deposito
ietatis su-
â, et æris
in naves
m armatis,
delegerat,
uosque ex
istimabat,
tolemæus,
Cleopatrá
nsibus per
xpulerat.

o ab ejus
misit, ut,
lexandriâ
alamitate
confecto
ous regis
uum offi-
fortunam
omplures
acceptos
duxerat,
patrem

gis, qui
t regni;
bant, ne
andriam
ejus for-
amicis.

inimici existunt; iis, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt, eumque ad regem venire jusserunt. Ipsi, clam consilio inito, Achillam præfectum regium, singulari hominem audaciâ, et L. Septimium, tribunum militum, ad interficiendum Pompeium miserunt. Ab his liberaliter ipse appellatus, et quâdam notitiâ Septimii productus, quod bello prædonum apud eum ordinem duxerat; naviculam parvulam conscendit cum paucis suis, et ibi ab Achillâ et Septimio interficitur

(CÉSAR, *Guerre civile*, LIV. III.)

X

BATAILLE DE CIRTHA.

Quarto die, haud longe ab oppido Cirtha, simul undique speculatores citi se ostendunt; quâ re hostis adesse intelligitur. Sed quia divorsi redeuntes, alius ab aliâ parte, atque omnes idem significabant, consul, incertus quoniam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, adversum omnia paratus ibidem operitur. Igitur Jugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus eos omnes aequè aliquos ab tergo hostibus venturâ. Interim Sulla, quem primum hostes attigerant, cohortatus suos, turmatim et quam maxime confectis equis, ipse aliique Mauros invadunt. In loco manentes, ab jaculis eminens corpora tegere, et, si qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites præliantur, Bocchus, cum peditibus quos Volux, filius ejus adduxerat (neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant), postremam Romanorum aciem invadunt.

Tum Marius apud primos agebat, quod ibi Jugurtha cum plurimis. Dein Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites convortit : ibi latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat, nostros frustrâ pugnare, paullo ante Marium suâ manu interfectum ; simul gladium sanguine oblitum ostendere, quem in pugnâ, satis impigre occiso pedite nostro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei quàm fide nuntii terrentur ; simulque barbari animos tollere, et in percussos Romanos acrius incedere.

Jamque paullum à fugâ aberant, cùm Sulla, profligatis iis quos adversum ierat, rediens ab latere Mauros incurrit. Bocchus statim advertitur : at Jugurtha, dum sustentare suos et prope jam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus, dextrâ, sinistrâ, omnibus occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit. Atque interim Marius, fugatis equitibus, accurrit auxilio suis, quos pelli jam acceperat. Denique hostes jam undique fusi.

Tum spectaculum horribile in campis patentibus : sequi, fugere ; occidi, capi ; equi ac viri afflicti : ac multi, vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati ; niti modo, ac statim considerare : postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaveribus, et inter ea humus infecta sanguine.

(SALLUSTE, *Jugurtha*, CL.)

XI

ANNIBAL QUITTE L'ITALIE.

Frëndens gemensque, ac vix lacrymis temperans, dicitur legatorum verba audisse. Postquam edicta sunt mandata: "Jam non perplexe, inquit, sed palam revocant, qui, vetando supplementum et pecuniam mitti, jampridem retrahebant. Vicit ergo Annibalem, non populus Romanus, toties cæsus fugatusque, sed senatus carthaginiensis obtreccatione et invidiâ; neque hâc deformitate reditus mei tam P. Scipio exultabit atque efferet sese quàm Hanno, qui domum nostram, quando aliâ re non potuit, ruinâ Carthaginis oppressit." Jam hoc ipsum præsagiens animo, præparaverat ante naves. Itaque inutili militum turbâ, præsidii specie, in oppida Bruttii agri, quæ pauca magis metu quàm fide continebantur, dimissâ, quod roboris in exercitu erat in Africam transvexit; multis italici generis (quia in Africam secuturos abnuentes concesserant in Junonis Lacinie delubrum, iaviolatum ad eam diem) in templo ipso fœde interfectis. Raro quemquam alium, patriam exsiliî causâ relinquentem, magis mœstum abisse ferunt quàm Annibalem hostium terrâ excedentem: respexisse sæpe Italiæ littora, et deos hominesque accusantem, in se quoque ac suum caput execratum "quod non cruentum ab cannensi victoriâ militem Romam duxisset; Scipionem ire ad Carthaginem ausum, qui consul hostem in Italiâ pœnum non vidisset; se, centum millibus armatorum ad Trasimenum et Cannas cæsis circa Casilinum Cumasque et Nolam conseq. nuisse." Hæc accusans querensque, ex diutînâ possessione Italiæ est detractus.

(TITE-LIVE, XXX, 20.)

XII

LE GOUVERNEMENT DES ROIS.

Liberi jam hinc populi romani res, pace bello-
que gestas annuos magistratus, imperia legum
potentiora quam hominum, peragam. Quæ
libertas, ut letior esset, proximi regis superbia
fecerat. Nam priores ita regnârunt, ut haud
immerito omnes deinceps conditores partium
certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctæ
multitudini addiderunt, numerentur : neque
ambigitur quin Brutus idem, qui tantum gloriæ,
Superbo exacto rege, meruit, pessimo publico id
facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupidine
priorum regum alicui regnum extorsisset. Quid
enim futurum fuit, si illa pastorum convenarum-
que plebs, transfuga ex suis populis, sub tutelâ
inviolati templi aut libertatem, aut certe impu-
nitatem adepta, soluta regio metu, agitari cœpta
esset tribuniciiis procellis, et in alienâ urbe cum
patribus serere certamina, priusquam pignora
conjugum ac liberorum caritasque ipsius soli, cui
longo tempore assuescitur, animos eorum conso-
ciâset ? Dissipatæ res nondum adultæ discordiâ
forent : quas fovit tranquilla moderatio imperii,
eoque nutriendo perduxit, ut bonam frugem
libertatis, maturis jam viribus, ferre possent.

(TITE-LIVE. II, 1.)

XIII

DISCOURS DU VIEL HORACE EN FAVEUR
DE SON FILS.

Huncine, quem modo decoratum ovantemque
victoriâ incedentem vidistis, Quirites, eum sub
furcâ vinctum inter verbera et cruciatus videre

potestis ? quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. I, lictor, colliga manus, quæ paulo ante armatæ imperium populo romano pepererunt ; i, caput obnube liberatoris urbis hujus ; arbori infelici suspende ; verbera vei intra pomœrium, modo inter illa pila et spolia hostium, vel extra pomœrium, modo inter sepulchra Curatiorum. Quo enim ducere hunc juvenem potestis, ubi non sua decora eum à tantâ fœditate supplicii vindicent ?

(TITE-LIVE, C, 26.)

XIV

CÆSAR ET CATON.

Ingenti virtute, diversi moribus fuere M. Cato et C. Cæsar. His genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere ; magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii. Cæsar beneficiis atque munificentia magnus habebatur ; integritate vitæ Cato : ille mansuetudine et misericordia clarus factus ; huic severitas dignitatem addiderat. Cæsar dando, sublevando, ignoscendo ; Cato nihil largiundo gloriam adeptus est : in altero miseri perfugium erat, in altero malis perniciēs : illius facilitas, hujus constantia laudabatur. Postremo Cæsar in animum induxerat laborare, vigilare ; negotiis amicorum intentus, sua negligere ; nihil denegare quod dono dignum esset ; sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere posset : at Catoni studium modestiæ, decoris, sed maxumè severitatis erat ; non divitiis cum divite, neque factione cum factioso, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum inno-

cente abstinentiâ certabat : esse, quàm videri bonus malebat ; ita, quo minus gloriam patebat, eo magis sequebatur.

(SALLUSTE, *Catilina*, LIV.)

XV

L'AMITIÉ.

Una est amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore consentiunt. Etenim à multis ipsa virtus contemnitur, et venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur ; multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat ; honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut hihil inanius, nihil levius esse existiment ! Itemque cetera, quæ quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt : et ii qui ad rempublicam se contulerunt, et ii qui rerum cognitione doctrinâque delectantur, et ii qui suum negotium gerunt otiosi, postremo ii qui se totos tradiderunt voluptatibus, sinè amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modo velint aliquâ ex parte liberaliter vivere.

Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia, nec ullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem suâ. Quinetiam, si quis eâ asperitate est et immanitate naturæ, congressus ut hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus, tamen is pati non possit ut non anquirat aliquem apud quem evomat virus acerbitalis suæ.

Atque hoc maxime judicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hâc

nam videri
um petebat,

a, LIV.)

s, de ejus

Etenim à

venditatio

ur; multi

tos tenuis

o, quorum

am multi

levius esse

quibusdam

qui pro

num idem

ntulerunt,

delectan-

ciosi, pos-

uptatibus,

t, si modo

um vitam

rationem

si quis eâ

ongressus

em fuisse

as, tamen

em apud

quid tale

s ex hâc

hominum frequentia tolleret, et in solitudinem uspiam collocaret, atque ibi suppeditans omnium rerum quas natura desiderat abundantiam et copiam, hominis omnino adspiciendi potestatem eriperet. Quis tam esset ferreus qui eam vitam ferre posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo? Verum ergo illud est, quod à Tarentin Archytâ, ut opinor, dici solitum nostros senes commemorare audivi, ab aliis senibus auditum: "Si quis in cœlum ascendisset, naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore; quæ jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset." Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tanquam adminiculum annitur: quod in amicissimo quoque dulcissimum est.

(CICÉRON, *De Amicitia*, XXIII.)

XVI

PUISSANCE DE LA PAROLE.

Nihil mihi præstabilius videtur quàm posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere quo velis, unde autem velis, deducere. Hæc una res in omni libero populo, maximèque in pacatis tranquillisque civitatibus, præcipuè semper floruit, semperque dominata est. Quid enim est aut tam admirabile, quàm ex infinità multitudine hominum existere unum, qui id, quod omnibus naturâ sit datum, vel solus vel cum paucis facere possit? aut tam jucundum cognitu atque auditu, quàm sapientibus sentiis gravibusque verbis ornata oratio et perpolita? aut tam potens tamque magnificum, quàm populi

motus, judicum religiones, senatûs gravitatem, unius oratione converti? Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate? quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus? Age vero, ne semper forum, subsellia, rostra curiamque meditare, quid esse potest in otio aut jucundius, aut magis proprium humanitatis, quam sermo facetus ac nullâ in re rudis? Hoc enim uno præstamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, et quod exprimere dicendo sensa possumus. Quamobrem quis hoc non jure miretur, summèque in eo elaborandum esse arbitretur, ut, quo uno homines maxime bestiis præstent, in hoc hominibus ipso antecellat? Ut vero jam ad illa summa veniamus, quæ vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut à ferâ agrestique vitâ ad hunc humanum cultum civilemque deducere, aut jam constitutis civitatibus leges, judicia, jura describere? Ac ne plura, quæ sunt pæne innumerabilia, consector, comprehendam brevi: sic enim statuo, perfecti oratoris moderatione et sapientiâ non solùm ipsius dignitatem, sed et privatorum plurimorum et universæ reipublicæ salutem maximè contineri.

(CICÉRON, *De oratore*, VIII.)

XVII

DE L'ELOQUENCE.

Nihil est perfecto oratorè præclarius. Nam, ut usum dicendi omittam, qui in omni pacatâ et

gravitatem,
orro regium,
opem ferre
ro salutem,
in civitate ?
nere semper
sis, vel pro-
situs ? Age
tra curiam-
o aut jucun-
atis, quam
? Hoc enim
od colloqui-
endo sensa
a jure mire-
arbitretur,
s præsent,
t vero jam
potuit aut
ongregare,
humanum
constitutis
re ? Ac ne
consecrer,
o, perfecti
on solùm
urimorum
contineri.
(VIII.)

liberâ civitate dominatur, tanta oblectatio est in ipsâ facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus jucundius percipi possit. Qui enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inveniri potest ? Quod carmen artificiosâ verborum conclusione aptius ? Qui actor in imitandâ, quàm orator in suscipiendâ veritate jucundior ? Quid autem subtilius quàm acutæ crebræque sententiæ ? Quid admirabilius quàm res splendore illustrata verborum ? Quid plenius, quàm omni rerum genere cumulata oratio ? Neque enim ulla non propria oratoris est res, quæ quidem ornate dici graviterque debeat. Hujus est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia ; ejusdem et languentis populi excitatio, et effrenati moderatio ; eâ lem facultate et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur. Quis cohortari ad virtutem ardentius, quis a vitiis acriùs revocare, quis vituperare improbos asperius, quis laudare bonos ornatius, quis cupiditatem vehementius frangere accusando potest ? quis mœrorem levare mitius consolando ? Historia vero testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, quâ voce aliâ, nisi oratoris, immortalitati commendatur ? Nulla enim est ars aliâ, quæ verborum, aut faciendorum aut deligendorum scientiam profiteatur, nulla via, nisi ab hac unâ arte, traditur, aut argumentorum, aut sententiarum, aut denique descriptionis atque ordinis.

(CICÉRON, *De oratore*, IX.)

is. Nam,
pacatâ et

XVIII

LA PHILOSOPHIE.

O vitæ Philosophia dux ! ô virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum ! quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset ? Tu urbes peperisti ; tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti ; tu inter eos se primo domiciliis, deinde conjugiiis, tum litterarum, et vocum communione junxisti : tu inventrix legum, tu magistra morum et disciplinæ fuisti : ad te confugimus : a te opem petimus, tibi nos, ut antea magnâ ex parte, sic nunc ponitûs totosque tradimus. Est autem unus dies benè, et ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus. Cujus igitur potius opibus utamur, quàm tuis ? quæ et vitæ tranquillitatem largita nobis es, et terrorem mortis sustulisti.

At philosophia quidem tantùm abest ut, perinde ac de hominum est vitâ merita, laudetur, ut, a plerisque neglecta, a multis etiam vituperetur. Vituperare quisquam vitæ parentem, et hoc parricidio se inquinare audet ! et tam impiè ingratus esse, ut eam accuset, quam vereri deberet, etiamsi minùs percipere potuisset ? Sed, ut opinor, hic error, et hæc indoctorum animis offusa caligo est, quod tam longè retro respicere non possunt ; nec eos a quibus vita hominum instructa primis sit, fuisse philosophos arbitrantur : quam rem antiquissimam cum videamus, nomen tamen esse confitemur recens.

(CICÉRON, *Tuscul.*, LIV. V.)

DEUXIEME PARTIE

EXTRAITS EN VERS

I

L'AGE D'OR.

sero is de *sergeur*
Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo,
Sponte suâ, sine lege, fidem rectumque colebat.

Pœna metusque aberant ; nec verba minantia fixo

Ære legebantur, nec supplex turba timebat

Judicis ora sui ; sed erant sine iudice tuti.

Nondum cæsa suis, peregrinum ut viseret orbem, *visio is, si*

Montibus, in liquidas pinus descenderat undas :

Nullaque mortales præter sua littora nôrant.

Nondum præcípites cingebant oppida fossæ :

assues
Non galeæ, non ensis erant ; sine militis usu

Mollia securæ peragebant otia gentes.

Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec ullis

cheru
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus ;

Contentique cibus nullo cogente, creatis,

fruct
Arbateos lætus, montanaque fraga legebant,

Cornaque, et in duris hærentia mora rubetis,

Cornucules

chais hanc

Et quæ deciderant ^{grand} patulâ Jovis arbore glandes.
 Ver erat æternum ; placidique tepentibus auris
 Mulcebant zephyri natos sine semine flores.
 Mox etiam fruges tellus inarata ferebat : ^{ephis}
 Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.
 Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant ;
 Flavaque de viridi stillabant ilice mella.

(OVIDE, *Métamorphoses*, LIV. I).

II

FRAGMENTS DE L'ENEIDE

I. LA TEMPÊTE.

Incubuere mari, totumque a sedibus imis 84
 Unâ Eurisque Notusque ruunt, creberque procellis
 Africus, et vastos volvunt ad littora fluctus
 Insequitur clamorque virûm stridorque rudentium :
 Eripiunt subito nubes cœlamque diemque
 Teneorum ex oculis : ponto nox incubat atra.
 Intonuere poli, et crebris micat ignibus æther ;
 Præsentemque viris intentant omnia mortem

Extemplo Aeneæ solvantur frigore membra :
 Ingemit et duplices tendens ad sidera palmas,
 Talia voce refert : “ O terque quaterque beati,
 “ Queis ante ora patrum, Trojæ sub mœnibus altis

December

“ Contigit oppetere ! ô Danaum fortissime gentis
 “ Tydide, mene Illiacis occumbere campis
 “ Non potuisse, tuâque animam hanc effundere dextrâ,
 “ Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector, ubi ingens
 “ Sarpedon ; ubi tot Simois correpta sub undis
 “ Senta virûm, galeasque, et fortia corpora volvit ! ”

Talia jactanti stridens Aquilone procella
 Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
 Franguntur remi ; tum prora avertit, et undis
 Dat latus ; insequitur cumulo *decarpe* præruptus aquæ mons.
 Hi summo in fluctu pendens, his unda dehiscens
 Terram inter fluctus aperit ; furit æstus arenis.
 Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet :
 Saxa, vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras,
 Dorsum immane mari summo. Tres Euris ab alto
 In brevia et syrtes *refonte* urget, miserabile visu !
 Illiditque vadis, atque aggere cingit atenæ.
 Unam, quæ Lycios fidumque vehebat Orontem,
 Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
 In puppim ferit ; excutitur, pronusque magister
 Volvitur in caput : ast illam ter fluctus ibidem
 Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex
 Apparent rari nantes in gurgite vasto.
 Arma virûm, tabulæque, et Troia gaza per undas.

Jam validum Ilionei navem, jam fortis Achatae,
 Et quâ vectus Abas, et quâ grandævus Alethes,
 Vicit hiems : laxis laterum ^{fontibus} compagibus, omnes
 Accipiunt inimicum imbrem, ^{centis} rimisque fatiscunt. 124

(Liv. I.)

2. MORT DE LAOCOON.

Hic aliud majus miseris, multoque tremendum
 Objicitur magis, atque improvida pectora turbat.
 Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
 Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.
 Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta,
 (Horresco referens !) immensis orbibus angues
 Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt ;
 Pectora quorum inter fluctus affecta, jubæque
 Sanguineæ exsuperant undas ; pars cetera pontum
 Ponè legit, sinuatque immensa volumine terga.
 Fit sonitus, spumante salo ; jamque arva tenebant,
 Ardentesque oculos suffecti sanguine et igni,
 Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
 Diffugimus visu exsangués. Illi agmine certo
 Laccoonta petunt ; et primum parva duorum
 Corpora natorum serpens amplexus uterque
 Implicat, et miseros morsu depascitur artus.
 Post, ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem.

Achatae,
 Alethes,
 s, omnes
 fatiscunt.

(LIV. I.)

tremendum
 ra turbat.

s,
 l aras.

per alta,
 angues

tendunt;
 æque

ra pontum

terga.

tenebant,

gni,

erto

rum

ue

us.

entem.

Corripiunt, spirisque ligant ingentibus; et jam
 Bis medium amplexi, bis collo squamea circum

Terga dati, superant capite et cervicibus altis.

Ille simul manibus tendit divellere nodos,

Perfusus sanie vittas atroque veneno.

Clamores simul horrendos ad sidera tollit:

Quales mugitus, fugit cum saucius aram

Taurus, et incertam excussit cervice securim.

At gemini lapsu delubra ad summa dracones

Effugiunt, sævæque petunt Tritonidis arcem,

Sub pedibusque Deæ, clypeique sub orbe teguntur.

(LIV. II.)

3 SONGE D'ENEE.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris

Incipit, et dono divum gratissima serpit:

In sommis, ecce! ante oculos mœstissimus Hector

Visus adesse mihi, largosque effundere fletus;

Raptatus bigis ut quondam, aterque cruento

Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.

Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo

Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis,

Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes!

Squalentem barbam et concretos sanguine crines,

Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros

Accepit patrios. Ultro flens ipse videbar
 Compellare virum, et mœstas expromere voces :
 " O lux Dardaniæ ! spes O fidissima Teucrûm !
 " Quæ tantæ tenuere moræ ? quibus Hector ab oris
 " Exspectate venis ? ut te post multa tuorum
 " Funera, post varios hominumque urbisque labores,
 " Defessi adspicimus ! quæ causa indigna serenos
 " Fœdavit viltus ? aut cur hæc vulnere cerno ?"
 Ille nihil ; nec me quærentem vana moratur ;
 Sed graviter gemitus imo de pectore ducens,
 " Heu ! fuge, nate deâ, teque his, ait, eripe, flammis.
 " Hostis habet muros ; ruit alto a culmine Troja.
 " Sat patriæ Priamoque datum. Si Pergama dextrâ
 " Defendi possent, etiam hâc defensa fuissent.
 " Sacra suosque tibi commendat Troja penates ;
 " Hos cape fatorum comites ; his mœnia quære,
 " Magna pererrato statues quæ denique ponto."
 Sic ait ; et manibus vittas Vestamque potentem
 Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

(LIV. II)

4. PRISE ET INCENDIE DE TROIE.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
 Explicet, aut possit lacrymis æquare labores ?
 Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos ;

Plurima perque vias sternuntur inertia passim
 Corpora, perque domos, et religiosa deorum
 Limina. Nec soli pœnas dant sanguine Teucri :
 Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
 Victoresque cadunt Danaï. Crudelis ubique
 Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago
 Primus se, Danaûm magnâ comitante catervâ,
 Androgeus offert nobis, socia agmina credens
 Inscius, atque ultro verbis compellat amicis :
 "Festinate, viri ; nam quæ tam sera moratur
 "Segnities ? alii rapiunt incensa feruntque
 "Pergama : vos celsis nunc primum a navibus itis ?"
 Dixit ; et extemplo (neque enim responsa dabantur
 Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.
 Obstupuit, retroque pedem cum voce repressit.
 Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
 Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
 Attollentem iras, et cærule colla tumentem ;
 Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat :
 Irruimus, densis et circumfundimur armis,
 Ignarosque loci passim, et formidine captos,
 Sternimus. Adspirat primo fortuna labori.
 Atque hic, successu exsultans animisque Corcebus,
 "O socii ! qua prima, inquit, fortuna salutis

“ Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur.

“ Mutemus clypeos, Danaûmque insignia nobis

“ Aptemus : dolus, an virtus, quis in hoste requirat ?

“ Arma dabunt ipsi. ” Sic fatus, deinde comantem

Androgei galeam, clypeique insigne decorum,

Induitur, laterique Argivum accommodat ensem.

Hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas, omnisque juvenus

Læta facit ; spoliis se quisque recentibus armat.

Vadimus immixti Danais hand numine nostro,

Multaque per cæcam congressi prælia noctem

Conserimus ; multos Danaûm dimittimus Orco.

Diffugiunt alii ad naves, et littora cursu

Fida petunt ; pars ingentem formidine turpi

Scandunt rursum equum, et notâ conduntur in alvo.

Heu ! nihil invitis fas quemquam fidere divis !

.....

At domus interior gemitu, miseroque tumultu,

Miscetur ; penitusque cavæ plangoribus ædes

Femineis ululant ; ferit aurea sidera clamor.

Tum pavidæ tectis matres ingentibus errant,

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt,

Instat vi patriâ Pyrrhus ; nec claustra, neque ipsi

Custodes sufferre valent : labat ariete crebro

Janua, et emoti procumbunt cardine postes.

Fit via vi : rumpunt aditus, primosque trucidant
 Immissi Danai, et late loca milite complent.
 Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
 Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
 Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnes
 Cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furem
 Cæde Neoptolemum, geminosque in limine Atridas :
 Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras
 Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat ignes.

Forsitan et, Priami fuerint quæ fata requiras.
 Urbis uti captæ casum, convulsaque vidit
 Limina tectorum, et medium in prentralibus hostem ;
 Arma diu senior desueta trementibus ævo
 Circumdat nequidquam humeris, et inutile ferrum
 Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.

Tum vero omne mihi visum considerare in ignes
 Illium et ex imo verti Neptunia Troja :
 Ac veluti summis antiquam in montibus ornum
 Quum ferro accisam crebrisque bipennibus, instant
 Eruere agricolæ certatim ; illa usque minatur,
 Et tremefacta comam concusso vertice nutat ;
 Vulneribus donec pauliatim evicta supremum
 Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam.

Descendo, ac, ducente deo, flammam inter et hostes
Expeditior ; dant tela locum, flammæque recedunt.

(LIVRE II)

§ NISUS COMMUNIQUE A EURYALE SON PROJET DE
FRANCHIR LE CAMP DES RUTULES.

Nisus erat portæ custos, acerrimus armis
Hyrtacides ; comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, jaculo celerem, levibusque sagittis ;
Et juxta comes Euryalus, quo pulchrior alter,
Non fuit Æneadum, Trojana neque induit arma ;
Ora puer primâ signans intonsa juventâ.
His amor unus erat, pariterque in bella ræbant :
Tum quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait : Dîne hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale ? an sua cuique deus fit dira cupido ?
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum
Mens agitat mehi, nec placidâ contenta quiete est.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum :
Lumina rara micant ; sommo vinoque soluti,
Procubere ; silent late loca. Percipe porro
Quid dubitem, et quæ nunc animo sententia surgat.
Ænean acciri omnes, populusque, patresque,
Exsposcunt, mittique viros qui certa reportent.

Si tibi quæ posco promittunt, nam mihi facti
Fama sat est, tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros et moenia Pallantea."

Obstupuit, magno laudum percussus amore,
Euryalus ; simul his ardentem affatur amicum :
" Mene igitur socium summis adjungere rebus,
Nise, fugis ? solum te in tanta pericula mittam ?
Non ita me genitor, bellis assuetus Opheltes,
Argolicum terrorem inter, Trojæque labores,
Sublatum erudiit ; nec tecum talia gessi,
Magnanimum Æneam, et fata extrema, secutus :
Est hic, est animus lucis contemtor, et istum
Qui vitâ bene credat emi, quo tendis, honorem."

Nisus ad hæc : " Equidem de te nil tale verebar,
Nec fas ; non ; ita me referat tibi magnus ovantem
Jupiter, aut quicumque oculis hæc aspicit æquis !
Sed, si quis, quæ multa vides discrimine tali,
Si quis in adversum rapiat casusve, deusve,
Te superesse velim ; tua vitâ dignior ætas.
Sit qui me raptum pugnâ, pretiove redemptum,
Mandet humo solitâ ; aut, si qua id Fortuna vetabit,
Absenti ferat inferias, decoretque sepulchro.
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris ;
Quæ te sola, puer, multis e matribus ausa,

Prosequitur, magni nec moenia curat Acestæ."
 Ille autem : " Causas nequidquam nectis inanes,
 Nec mea jam mutata loco sententia cedit.
 Acceleremus," ait ; vigiles simul excitat : illi
 Succedunt, servantque vices ; statione relictâ,
 Ipse comes Niso graditur, regemque requirunt.

(Liv. IX.)

III

OCEANA NOX ! — LEGENDE DES NAUFRAGES.

Æquoreos spissa involvens caligine tractus
 Oceano nox atra ruit, densoque vaporum
 Et littus pelagusque simul confundit amictu.
 Cuncta procul funebre silent ; lucemque malignam
 Pallida vix piceo demittit ab æthere luna.

Attamen, interdum venti, latrante procellâ,
 Clamare et vocem longa in lamenta videntur
 Flectere : respondet raucis ululatibus æquor,
 Ingentesque simul gemitus oriuntur, et instar
 Humani luctus sese suspiria tollunt.
 Nam lacrimant manes hominum, quos pontus acutis
 Illisit scopulis, quorumque cadavera fluctus
 Ater habet, terræ nunquam reddenda ! Queruntur
 Taliaque incassum clamant e sede profundâ.

cestæ."

et inanes,

lit.

at : illi

relictâ,

quirunt.

(Liv. IX.)

NAUFRAGES.

e tractus

m

ictu.

e malignam

na.

procellâ,

entur

quor,

instar

ontus acutis

ctus

Queruntur

ndâ.

" Responde, Oceani gurgēs, quot vortice naves,

" Quot nautæ, tibi præda dati, periire per umbras,

" Nullaque liquerunt taciti vestigia casus ?

" Tu tamen immotus deinceps, stragisque cruentæ

" Securus, supra submersa cadavera, suetum

" Pergis iter, placidoque immensus volvere cursu !

" At nos, interea crudelia fata vocantes

" Nequidquam flemus vanasque ex æquore voces

" Tollimus. Unda fluit numquam defessa, fluuntque

" Tempora, nec finis conceditur ulla laborum.

" O ubi blanda parens, quæ quondam dulcia nostro

" Oscula, complectens ulnis, figebat in ore ?

" O ubi rura quibus pueris errare licebat,

" Atque domus, teneræ quæ risit læta juventæ ?

" Nos tetro immanis sepelivit in æquore pontus,

" Dum nullus nostram sortem indignatus, amico

" Supremum sequitur feralia funera questu !

" Ipsaque jamdudum periit, quæ sæpe, procellâ

" Debachante, virum conjux lugebat ademptum !"

Nautarum interdum tristes siluere querelæ,

Pressaque vox multis paulum singultibus hæsit.

Mox audita iterum : " Vos terque quaterque beati,

Queis patriâ tellure dedit requiescere fatum

Et placido placidam componere vitam !

Vos nempe irrigui sopitos murmura rivi
 Alliciunt, tumulum florentia gramina velant,
 Atque memor lacrymosa salix umbracula pandit.
 Nos imo inclusos pelago vada cæca volutant
 Per scopulos, nos unda tenet, semperque tenebit,
 Nulla datur requies ipsâ sub morte, sed usque,
 Usque vagi immenso jactamur carcere ponti."

(Traduit de V. HUGO par A. LEROY)

IV

BONHEUR DE LA VIE CHAMPETRE.

O fortunatos nimitum, sua si bona nôrint,
 Agricolas ! quibus ipsa, procul discordibus armis,
 Fundit humo facilem victum justissima tellus
 Si non ingentem foribus domus alta superbis
 Manè salutantum vomit ædibus undam,
 Nec varios inhiant puchrà testudine postes,
 Illusasque auro vestes, Ephyreiaque æra,
 Alba neque Assyrio fucatur lana veneno,
 Nec casiâ liquidi corrumpitur usus olivi :
 At segura quies, et nescia fallere vita,
 Dives opum variarum ; at latis otia fundis,
 Speluncæ, vivique lacus ; at frigida Tempe,
 Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni

Non absunt. Illic saltus et lustra ferarum ;
Et patiens operum parvoque assueta juvenus ;
Sacra Deûm, sanctique patres ; extrema per illos
Justitia excedens terris vestigia fecit.

Me vero primum dulces antè omnia Musæ,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,
Accipiant, cœlique vias et sidera monstrent,
Defectus solis varios, lunæque labores ;
Undè tre-nor terris ; quâ vi maria alta tumescant
Objicibus ruptis, rursusque in seipsa residunt ;
Quid tantùm Océano properent se tingere soles
Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
SIn, has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circùm præcordia sanguis,
Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes ;
Flumina amem sylvasque inglorius. O ubi campi,
Sperchiusque, et virginibus bacchata Lacænis
Taygeta ! ô qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat, et ingenti ramorum protegat umbrâ !

Félix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes et inexorabile fatum
Subjecit pedibus, strepitumque Acherontis avari !
Fortunatus et ille Deos qui novit agrestes,
Pana, Sylvanumque senem, Nymphasque sorores !

Illum non populi fascēs, non purpura regum
 Flexit, et infidos agitans discordia fratres
 Aut conjurato descendens Dacus ab Istro ;
 Non res Romanæ perituraque regna ; neque ille
 Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.
 Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
 Spontè tulère suâ, carpsit ; nec ferrea jura,
 Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.

Sollicitant alii remis fræta cæca, ruuntque
 In ferrum, penetrant aulas et limina regum.
 Hic petit excidiis urbem miserosque penates,
 Ut gemmâ bibat, et Sarrano indormiat ostro.
 Condit opes alius, defossoque incubat auro.
 Hic stupet attonitus rostris : hunc plausus hiantem
 Per cuneos (geminatur enim) plebisque patrumque
 Corripuit : gaudent perfusi sanguine fratrum,
 Exsilioque domos et dulcia limina mutant,
 Atque alio patriam quærent sub sole jacentem.
 Agricola incurvo terram dimovit aratro :

(VIRGILE, *Georg.*, Liv. II)

V

CALME ET BONHEUR DU SAGE

Suave, mari magno turbantibus æquora ventis,
 E terrâ magnum alterius spectare laborem.

Non quia vexari quemquam est jucunda voluptas,
 Sed quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.
 Suave etiam belli certamina magna tueri
 Per campos instructa, tuâ sinè partē pericli :
 Sed nil dulcius est, benè quàm munita tenere
 Edita doctrinâ sapientùm templa serena,
 Despicere undè queas alios, passimque videre
 Errare, atque viam palantes quærere vitæ,
 Certare ingenio, contendere nobilitate,
 Noctes atque dies niti præstante labore
 Ad summas emergere opes, rerumque potiri.
 O miseras hominum mentes ! ô pectora cæca !
 Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis
 Degitur hoc ævi quodcumque est ! Nonne videre est
 Nil aliud sibi naturam latrare, nisi utque
 Corpore sejunctus dolor absit, mensque fruatur
 Jucundo sensu, curâ semotâ metuque ?

(LUCRÈCE, *De la nature*)

VI

LE RAT DES VILLES ET LE RAT DES CHAMPS.

Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
 Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum ;
 Asper, et attentus quæsit, ut tamen arctum
 Solveret hospitii animum. Quid multa ? Neque ille

Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ :
Aridum et ore ferens acinum, semesaque lardi
Frusta dedit, cupiens variâ fastidia cœnâ
Vincere tangentis male singula dente superbo :
Quum pater ipse domus paleâ porrectus in hornâ
Esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.
Tandem urbanus ad hunc : “ Quid te juvat, inquit, amice,
Prærupti nemoris patientem vivere dorso ?
Vis tu homines urbemque feris præponere sylvis ?
Carpe viam, mihi crede, come ; terrestria quando
Mortales animas vivunt sortita, neque ulla est,
Aut magno aut parvo, lethi fuga : quo, bone, circa,
Dum licet, in rebus jucundis vive beatus :
Vive memor quàm sis ævi brevis.” Hæc ubi dicta
Agrestem populêre, domo levis exsilit : inde
Ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
Mœnia nocturni subrepere. Jamque tenebat
Nox medium cœli spatium, quum ponit uterque
In locuplete domo vestigia, rubro ibi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,
Multaque de magnâ superessent fercula cœnâ,
Quæ procul exstructis inerant hesternæ canistris.
Ergo ubi purpureâ porrectum in veste locavit
Agrestem, veluti succinctus cursitat hospes,

Continuatque dapes ; nec non vernaliter ipsis
 Fungitur officiis, prælambens omne quod affert.
 Ille cubans gaudet mutatâ sorte, bonisque
 Rebus agit lætum convivam, quum subito ingens
 Valvarum strepitus lectis excussit utrumque.
 Currere per totum pavidi conclave ; magisque
 Exanimes trepidare, simul domus alta Molossis
 Personuit canibus- Tum rusticus, " Haud mihi vita
 Est opus hâc, ait, et valeas : me sylva cavusque
 Tutus ab insidiis tenui solabitur ervo."

(HORACE, *Satires*, liv. II, 2.)

VII

FRAGMENTS DE L'ART POËTIQUE.

I. L'UNITÉ EST INDISPENSABLE A TOUTE COMPOSITION
LITTÉRAIRE.

Humano capiti cervicem pictor eqninam
 Jungere si velit et varias inducere plumas
 Undique collatis membris, ut turpiter atrum
 Desinat in piscem mulier formosa superne :
 Spectatum admissi, risum teneatis, amici ?
 Credite, Pisones, isti tabulæ fore librum
 Persimilem, cujus, velut ægri somnia, vanæ
 Fingentur species, ut nec pes, nec caput uni
 Reddatur formæ.—Pictoribus atque poetis
 Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.—

Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim;
 Sed non ut placidis cœant immitia, non ut
 Serpentes avibus gemaantur, tigribus agni.

Inceptis gravibus plerumque et magna professis
 Purpureus, late qui splendeat, unus et alter
 Assuitur panus, quum lucus et ara Dianæ,
 Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
 Aut flumen Rhenum, aut pluvius describitur arcus :
 Sed nunc non erat his locus. Et fortasse cupressum
 Scis simulare ; quid hoc, si fractis enatat expes
 Navibus, ære dato qui pingitur ? Amphora cœpit
 Institui : currente rotâ, cur urceus exit ?
 Denique sit quodvis simplex duntaxat et unum.

(V. 1-23)

2. DU TON QUI CONVIENT A LA TRAGÉDIE ET
 A LA COMÉDIE.

Versibus exponi trajicis ræs comica non vult :
 Indignatur item privatis ac prope socco
 Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.
 Singula quæque locum teneant sortita decenter
 Interdum tamen vocem et comœdia tollit,
 Iratusque Chremes tumido delitigat ore ;
 Et trajicus plerumque dolet sermone pédestri :

Telephus, aut Peleus, quum pauper et exul uterque,
Projicit ampullas et sesquipedalia verba,
Si curat cor spectantis tetigisse querelâ.

Non satis est pulchra esse poemata, dulcia sunt,
Et, quocumque volent, animum auditoris agunto.
Ut ridentibus arrident, ita flentibus adflent
Humani vultus. Si vis me flere, dolendum est
Primum ipsi tibi : tunc tua me infortunia lædent,
Telephe, vel Peleu ; male si mandata loqueris,
Aut dormitabo, aut ridibo. Tristia mœstum
Vultum verba decent ; iratum, plena minarum ;
Ludentem, lasciva ; severum, seria dictu.
Formât enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum : juvat, aut impellit ad iram,
Aut ad humum mœrore gravi deducit, et angit ;
Post, effert animi motus interprete linguâ.
Si dicentis erunt fortunis absona dicta,
Romani tollent equites peditesque cachinnum.

(V. 89-113)

3. IL FAUT APPROPRIER LES MŒURS A CHACUN
DES AGES DE LA VIE.

Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus et annis.

Reddere qui voces jam scit puer, et pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, et iram
Colligit ac ponit temere, et mutatur in horas.

Imberbus juvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis canibusque et aprici gramine Campi ;
Cereus in vitibus, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidusque, et amata relinquere pernix.

Conversis studiis, ætas animusque virilis
Quærit opes et amicitias, inservit honori,
Commisisse cavet quod mox mutare laboret.

Multa senem circumveniunt incommoda : vel quod
Quærit, et inventis miser abstinet ac timet uti ;
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat,
Dilator, spe lentus, iners, pavidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatoreque minorum.

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. Ne forte seniles
Mandentur juveni partes, pueroque viriles,
Semper in adjunctis ævoque morabimur aptis.

4. ORIGINE ET ELOGE DE LA POESIE.

Sylvestres homines sacer interpretsque Deorum
Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus ;
Dictus ob hoc lenire tigres rabidosque leones :
Dictus et Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis, et prece blandâ
Ducere que vellet. Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis secernere, sacra profanis ;
Oppida moliri ; leges incidere ligno.
Sic honor et nomen divinis vatibus atque
Carminibus venit. Post hos insignis Homerus
Tyrtæusque mares animos in martia bella
Versibus exacuit. Dictæ per carmina sortes,
Et vitæ monstrata via est ; et gratia regum
Pieriis tentata modis ; ludusque repertus,
Et longorum operum finis : ne forte pudori
Sit tibi Musa lyræ solers, et cantor Apollo.

(V. 391-407.)



